

B. 378.



IX.

DE BIBLIOTHECIS ET MVSEIS
ERFORDIENSIBVS.

PRAECIPVE

DE REV. MINISTERII AVG. CONF.
BIBLIOTHECA.

PARTICVLA VI.

QVA

AD EXAMEN VERNVM

D. XXV. XXVI ET XXVII. APRILIS MDCCCIII.

IN GYMNASIO SENATORIO HABENDVM
INVITAT

ET

SYMBOLAS IN BIBLIOTHECAM
ET MVSEVM GYMNASII

PER SEMESTRE PRAETERITVM DECIMVM TERTIVM
A BENEVOLENTIBVS COLLATAS RECENSET

GYMNASII DIRECTOR

M. IO. IOACH. BELLERMANN,

THEOL. ET PHILOS. P. P. O., ACAD. SCIENT. VIII. SOCIVS ET AB EPISTO-
LIS, SOCIETAT. LATINAE IENENS., OECON LIPSIENS., MINERAL. IENENS.,
PATRIOT. WESTPHAL. ET NAT. CVRIOSOR. BROCHVSA-WEST-
PHAL. SODALIS.

ERFORDIAE,

Typ. IOAN. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPOGR.

Quisquis literas orientales pro dignitate rimatur, is praecipue summam Hebraeorum criticorum diligentiam stupens admirabitur. Nulli enim populo, doctrina vnquam culto, tantae et fere incredibili curae ac sollicitudini fuit puritas librorum suorum sacrorum seruanda, quam Hebraeis, et praecipue Masorethis Tiberiadibus. Quo quis crebrius, quo quis indefessius horum libros peruoluit, eo plura, quae attentionem exerceant, animaduertet. Noli igitur mirari, Lector benenole, quod, quemadmodum semestribus superioribus de nouem Bibliothecae reu. Ministerii thesauris disputauimus, sic in praesenti codicem decimum delineare mihi proposuerim.

Codex X.

Masora hebraica. Volumen manuscriptum in folio minori, characteribus antiquis rabbinicis perparauulis, charta spissa, foliis CXI, quinque columnis in qualibet pagina, xxxv--xxxviii lineis in columna. Codex est integer, vnico folio excepto, olim XXXIX^{no}, quod euulsum est, vt ex reliquiis videre licet. Hoc folium continuit Masoram in 1 Sam. 23, 24 — 2 Sam. 9, 7. Pentateuchus diuisus est in Paraschas, Prophetiae priores et posteriores in Haphtaras; in libris Megilloth vero nullae conspiciuntur subdiuisiones.

Paraschae cuiusque initium indicatur literis maioribus, et Haphtarae exordium figuris quadratis, quae ornamentis circulorum supernis interdum angularibus instructae sunt; quadrata haec figura saepe triangulo tecta est, ita vt domus rudis formam referat.

Librorum ordo est neque thalmudicus, nec masorethicus vulgaris, nec in Bibliis impressis nunc receptus; libri enim sic sequuntur: Pentateuchus, Jos., Jud., Sam., Reg., Jerem., Ezech., Jes., XII Proph. min., Ruth, Coheleth, Cantic., Threni, Esther, Psalmi, Jobus, Prouerb., Dan., Esra, Neh., Paralipomena.

Liber

Liber hic rarissimis merito accensetur, quia *Masora*, separatim descripta, ut noster codex illam exhibet, in perpaucis Bibliothecis inuenitur. Praeter codicem, quo R. *Jacob Ben Chajim* ad adornandam suam Masorae in Bibliis Bombergianis editionem vsus est, et praeter codicem in Bibliotheca Palatina, quem *Buxtorfius*, *Wolfius* et *cel. Bauerus* *) citant, nullum iam alium noui.

Masora, מְסוֹרָה, s. Masoreth, מְסוֹרֶת, i. e. *Traditio*, (a. r. מוֹסֵר ex Rabbiniſmo *tradidit*, metaphorice, docuit) est complexus observationum criticarum a priscis Iudaeorum sapientibus circa textum hebraicum S. S. collectarum, in quo, versibus, vocibus literisque non tantum accuratissime numeratis, sed et consonantium forma diuersa, vocalium, accentuum reliquorumque linguae hebraicae elementorum varietate notata, omnis rei criticae thesaurus profertur, ita ut constans et genuina lectio V. T. conseruetur, et a corruptione mutilationeque valide praemuniatur. De hac admiranda Iudaeorum opera herculeoque labore si quis plura legere cupit, eum praecipue ad *Buxtorfium*, *Wolfium* et *cel. Eichhornium* **) ablegamus.

Masora est duplex, vel parua, quae in codicibus editionibusque typis expressis lateri adposita est, vel magna, quae textui subiecta. Noster codex nec magnam integram, nec paruam tantummodo sistit, sed utramque coniungit, ita tamen ut locorum parallelorum commemorationes, quae in Masora magna nominatim citari solent, plerumque omittantur. Codex itaque noster rei summam, ut ita dicam, affert, singula vero summorum elementa praeterit.

Codex

*) *Buxtorfii* Tiberias. Basil. 1665. p. 182. *Wolfii* Bibliotheca hebr. P. II. p. 467. G. L. *Bauer's* Einleitung in die Schriften d. A. T. Nürnberg. 1794. p. 244.

**) I. *Buxtorfii* Tiberias, Bas. 1665. p. 1-430. *Wolfii* Bibl. hebr. P. II. 460 sq. P. IV. p. 207 sq. I. G. *Eichhorn's* Einleitung ins A. T. Th. I. Leipz. 1787. p. 281 sq.

Codex Masorae Erfordiensis non ab vno, sed a tribus diversis scribis exaratus est, quorum secundus et tertius collecticia sua primo adiecerunt, ita vt quasi *Collectaneorum opus* dici possit. Primus scriptor plerumque Masorae numericas observationes (quoties verba cum iisdem vocalibus, accentu et punctis diacriticis extent) notavit, secundus et tertius vero palaeographicas, criticas et exegeticas addiderunt.

Describam initium libri, addita versione latina, vt lector rationem et indolem huius codicis quodammodo ipse diiudicare et cum Masora in Bibliis Buxtorfianis pag. ב. et ג. comparare queat. Ob continua scribendi compendia, quorum expositione facillime peccatur, si me talis error oppresserit, ante omnia venia mihi est petenda. Textum a prima manu exaratum indicabit litera A, supplementa vero secundae et tertiae manus significabunt B et C, quorum vterque scriptorum literis multo minoribus et atramento valde decolore vsus est.

Genes. I, vers 1. A. בראשית ה' גמ'רפ (Nomen *Breschith* quinque extat, et quidem *ter ex illis ab initio versus*; plene מנהון ראש פסוק)

B. וב' במצ' (Et *bis in medio*; plene במצעות)

B. ב רבת' (Litera *B* in *Breschith* est *maiuscula*; plene רבתי)

A. ברא אלהים ג. (Phrasis *bara Elohim* *ter* extat: hic, Gen. 2, 3. Deut. 4, 32.)

B. ובתורה (Et quidem in quinque libris Mosis; plene ובתורה)

A. את השמים והא' יג. (Phrasis *coelum et terram* *tredecies* in Bibliis extat.)

B. Addidamentum secundae manus a verme erosum est.

A. ג ספ הארץ ובת' (Ter *in fine* versus positum est *haavetz*, et *postea* ab initio sequentis versus; plene: סוף פסוק et ובתריהון)

B.

B. רָפַּ וְהֶאֱרִץ (Ab initio sequentis versus extat *Vehaaretz*; plene: ראש פסוק)

Ad vers. 2. A. וְהֶאֱרִץ הָ רָפַּ (Nomen *vehaaretz* cum eadem accentuatione *octies ab initio versus.*)

B. וְאֵ הֶאֱרִץ (Et semel *haaretz* absque copula.)

A. תְּהוּ וְבוֹהוּ ב (Phrasis *thohu vabohu bis* occurrit.)

B. רֵאִיתִי (Vide illum locum, qui cum voce *Raithi* incipit, Jer. 4, 23. vbi eadem verba iterum leguntur.)

A. וְחֹשֶׁךְ ב (Vocabulum „et tenebrae“ bis; nimirum hic et Job. 38, 19.)

B. אֵי זֶה מְקוֹמוֹ (Vide versum, in quo dicitur *Ae seh mkomo*, Job. 38, 19. vbi eadem phrasis „*vechoschech*“ antecedit.)

A. פְּנֵי תְהוֹם ב (Phrasis *pne thehom bis* extat, hic et Prou. 8, 24.)

וְאֵ וּפְנֵי (et semel legitur *upne* sc. *thehom*.)

B. וּפְנֵי תְהוֹם יִתְלַכְרוּ (Locus primi scribae plene sic se habet *Vpne thehom jithlachdu*, Job. 38, 30. i. e. et facies abyssi constringuntur.)

B adiecit notam interlinearem, quam ob decoloratum atramentum et maculam chartae legere nescio.

A. וְרוּחַ אֱלֹהִים הָ וְכֹל (Phrasis „et spiritus Dei“ *octies* legitur; et omnia loca sunt in libro legis.)

B. רוּחַ אֱלֹהִים בִּשְׁשֵׁ דְבָרִים

A. שְׁמוֹ רַבּוֹ בְּמִקּוֹם

B. רוּחַ יי

A. מִרְחַפֶּת אֵ (semel)

Vers 3. A. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים כֹּה (vicies quinquies)

A. יְהִי אֹרֶךְ אֵ (semel)

- A. ויהי אור א (semel)
- Vers. 4. A. וירא אלהים ט (novies)
- B. בתו (in lege)
- A. ויבדל ג (ter)
- B. אלהים בין האור - ובין המים - דוד ושרי (nimirum vers 4. vers 7. et 1 Paral. 25, 1. David et Principes.)

Speciminis loco etiam paruum epimetron, et quidem *Proverbiorum*, describam.

סכום פט דמשלי תשע מאות וחמשה
 עשר וסימ' יהץ וחציו לפני שבר
 גאון וסדריו ח

(Summa versuum libri Prouerbiorum est DCCCCXV, siglum memoriale est יהץ 900, י 10, ח 5; medius versus est „contritionem praecedit superbia“ Prou. 16, 18. Sectiones (capita) masorethicae sunt octo.) Loco יהץ in Masora Buxtorfiana legitur ותשר דבורה = 915. et in van der Hooghtiana quod eandem summam numerice efficit.

Ex his dictis qualibuscunque adparet, nostrum codicem continere 1) neque Masoram magnam *integram*, 2) nec tantummodo paruum, 3) sed vtramque mixtam, nimirum magtam decurtatam cum parua coniunctam, 4) et varia additamenta, quae in Masora a Buxtorfio edita desunt, e. g. vers. 2. מרחפת v. 3. ויהי אלהים etc. 5) nec non diuersas lectiones dechianantes, vt in epimetro יהץ etc. sistere, quae, quanquam non *μαρτυροί*, a futuro tamen Masorae editore minime sunt spernendae.

De aetate huius codicis parum certi dicere possum, quoniam annum, quo exaratus est, nullibi indicatum inuenio, et palaeographiae hebraicae doctrina nondum ad illud perfectionis fasti-



fastigium perlata est, vt ex forma literarum aetas libri dignosci possit. Ceterum hic codex cum reliquo codicum hebr. thesauro, in Iudaeorum persecutione anno 1349, in manus Christianorum venisse creditur.

De possessore Iudaeo pristino, fortassis scriptore, addere liceat, illius nomen ter, in primae paginae summitate semel, et bis in ligatura anteriori characteribus iudaicis inueniri, quod defectu typorum iudaicorum hebraice afferam:

קלונמוס נקדן ב"ר אליעזר שיה

Klonimos (Calonymus) *Nakkedan* (Punctator) *filius Rabbi Elisser, qui viuat ad dies bonos.* "שיה" hoc compendium scribendi est euphemia post viuentis nomen, quae in titulis librorum vario modo occurrit; plene: שְׂיִתְיָה לְיָמִים טוֹבִים. Quis hic Calonymus fuerit, quando et vbi vixerit, me fugit. Cum alio Calonymo, patre Onkelosi, celeberrimi Targumistae, hunc nemo confundet. Ceterum mirum est, in cippo hebraico hic inuento *filium Rabbini Calonymi*, anno 1510 computi iudaici minoris, i. e. anno Chr. 1391 Erfordiae sepulti, nominari; qui fortassis filius possessoris nostrae Masorae fuit. Vid. Programmata mea De inscriptionibus hebraicis Erfordiae repertis, Partic. II. 1794. p. 14 et 15.

Denique monendum est, hoc codice *Ioannem Henr. Michaellem* in adstruenda Bibliorum editione Halensi 1720 vsum fuisse, illumque in sarragine lectionum variantium haud raro citare. Conf. Biblior. praefat. c. I. §. 5. cap. IV. §. 5 et 8. Cum vero *Michaelis* de huius codicis mendis conqueritur et exemplum ad Gen. 27, 33. affert, quod h. l. יג' בטעם פור' deprehendatur, noster codex hoc loco minime est taxandus, quia literis haud dubiis יג' est scriptum.

Sequi-

Sequitur nunc, vt, quod descriptionis ratio postulat, exhibeam: 1) donorum recensum, 2) lectionum tabulam et 3) promouendorum atque declamatorum nomina.

I. Gymnasii Bibliotheca per semestre praeteritum tantum et tam pretiosum augmentum cepit, quantum ne cogitare quidem antea nobis licebat. Quod spatio multorum annorum vix fieri posse videbatur, momento vno factum est; nimirum *Eminentissimus ac Celsissimus CAROLVS THEODORVS, S. sedis Moguntinae Archiepiscopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius atque Elector*, antehac Pater Patriae noster, quem quisque probus in sinu pie fouet et candide veneratur, omnem suam Bibliothecam, 5500 voluminum, vtrique hic florenti Gymnasio Catholicorum et Lutheranorum, vnicuique partem dimidiam, nec non libraria scrinia liberaliter dono dedit. Hoc modo Vir, qui reipublicae literariae et politicae ornamentum, pietatis et humanitatis exemplar in omni Europa merito habetur, benefactis ciues Erfordienses non tantum, dum hic viueret, sibi deuinxit, sed etiam absens meritis continuus illos sibi obstrinxit, pro quo fauore eximio posteriori, eodem corde ac aequales, immortales ipsi habebunt gratias. Librorum numerus tantus est (2750), vt titulos hic nominare angustia chartae huius plane non sinat, qui tamen omnes in Catalogo nominatim sunt descripti. Speciminis loco tantummodo vnum et alterum indigitare lubet.

1) *Zur klassischen Literatur gehörig*: Gespräche des Plato, v. Stolzberg. 2 Bde, 97; De Platonis republica, a Morgenstern. 94; Tennemann System der Platon. Philos. 3 Bde; Lucien trad. p. Marmontel, Paris 66. 2 Bde; Apollonius de rationib. gr. et lat. 95; Euclides, 618; Pauw recherches sur les Grecs, 2 Bde; Horatius, Aurelianus, 67; Horatii satyrae, ed. Müller, 90; Ouidii metamorphos. 59; Iuuenalis et Persii sat. Lugd. Bat. 648; Lucretio Caro, Lond. 79; Anti Lucretius, Venet. 49; Phaedrus, Amst. 698; Ciceronis orat. ed. Müller, 87; Cic. orat. sel; Quincilianiana chrestom. Andres. 82; Tacitus, Lugd. Bat. 634; Caesar, 45; Le commentaire de Caesar; Caesar übers. v. Haug; Curtius, Lips. 691; Varronis opera, Amst. 623; Cornelius, Lips. 20; Julians Spottschrift; Les oeuvres de Clement Alexandrin.; Augustin vom Glauben; Gracian. Lyon, 693; Heerkens notab. 65; Plessing Memnonium, 2 Bde; Dess. Vers. üb. Aufklärung des Alterth. 3 Bde; Gedike gesammelte Schulschr. 2 Bde; Dieffendinger lat. Gr. Ad Hungaros Hungarus; Calepini lex. septem linguar.; Halme diction. Fl. 2 Bde. u. s. w.

2) *Philosophie*: Leibnitzii op. omu. 7 Bde. Lamberts Briefe, 3 Bde; Dess. philos. Abhandl. 1 B. Bonnet üb. Seelenkräfte, 1 B.; Helvetius v. Menschen, 2 Bde; D'Argens jüd. Briefe 5 Bde. Meiners Psychologie, 73; Dess. Gesch. des Luxus der Atheniens. 82; Weishaupt Gründe der menschl. Erk. 88; Dess. üb. Wahrh. 2 Bde; Born Grundlage d. menschl. Denkens, 91; Dorsch verm. philos. Schr. Iselin Gesch. d. Menschh. 2 Bde; Herders Metakritik, 2 Bde; Snell Kritik des Geschmacks; Neeb Syst. d. krit. Philos. u. s. w.

3) *Schöne Wissenschaften*: Ramler Einleitung in die schön. Wiss. 4 Bde; Bodmers Noachide, 81; Wielands Werke, 42 Bde; Lessings Analekten f. Lit. 4 Bde; Dessens Laokoon 1 Th. Schillers Wallenstein, 2 Bde; Göthe Stella; Butlers Hudibras, v. Soltau, m. K.; Don Quixote 5 Bde; Gilblas, 6 Bde; Shakespear's Werke, 15 Bde; Meiners Masianello; Dess. Alcibiades 2 Bde; Cramers Gedichte, 3 Bde; Wessensbergs Gedichte; Wagen-

9

Wagenseits Gedichte, 4 Bde; Gellerts Schr. 2 Bde; Rabeners Satyren, 2 Bde; Karschin Gedichte; Elisens u. Soph. Gedichte; Bergsträfers Gedichte; Camillo Altierra; Sophron, Mierau 73; Eberhards Amyntor; Webb über Malerey; Herders Plastik; Odeum Friedrichs des Gr. v. Koch; Ideen v. I. H. Vogt. 92.; v. Humboldts ästhet. Vers.; u. s. w.

4) *Französ. Schriften*: Oeuvres de I. I. Rousseau, 7 Bde, Neuchatel, 764; Dessent Oeuvres diverses, 743; Dess. Lettres de Montagne, 64; Oeuvres de Boileau, 4 Bde, 722; Oeuvres de Moliere, 4 Bde, 741; Oeuvres de Saint Real, 6 Bde, 740; Belisaire, p. Marmontel, 67; Memoires de St. Germain, 779; Memoires pour le Card. Rohan; Memoires du Comte d'Estrades, 9 Bde, 743; Memoires de Torcy, 3 Bde, 757; Memoires du Bar. de Poellnitz, 3 Bde, 738; Memoires de Montecuculi, 760; Memoires de Feuquiere, 4 Bde, 750; Histoire du Comte de Saxe, 11 Tomes, 755. Memoires p. serv. à l'hist. de Frederic le Grand, 11 Vol. 760; Anecdotes espagnoles, 11 Tomes, Par. 773; Recherches philos. sur les Egyptiens et les Chinois, 11 Tomes, 773; Essai sur le Sabeisme, p. le Bar. de Bock, 788; Raynal hist. philosophique, 73. 6 Bde; La fête de Salency, 70; Histoire des Juifs, p. Joseph, IV Tomes, 702; Analyse de la philosophie de Bacon, 11 Tomes, 756; Deslandes recueil de diff. traités de physique, 736; Akenside les plaisirs de l'imagination, 759; Dictionnaire des merveilles de la nature, 11 Tomes, 781; Dictionnaire d'anatomie et de physiologie, 11 Tomes, 766; Dictionnaire des cultes religieux, 111 Tomes, 770; Dictionnaire géographique portatif, 759; Dictionnaire portatif des conciles, 758; Dictionnaire de Physique p. Baulieu, 60; Les meditations de Saint Augustin, 705; Fleury moeurs des Chretiens, 756; Pensées chretiennes, IV Tomes, 758; Perrin fables, Lond. 93; Mably obs. sur l'hist. de la Grece, 766; Mably droit public. 11 Tomes, 761; Essai sur la nature du commerce, 57; De la formation des moeurs, 781; Gerard essai sur le gout, 766; L'histoire ecclesiastique, 11 Tomes, 752; Pensées et maximes, 765; Pensées de Pascal, 700; Pensées de Ciceron par d Oliver, 745; Mercier tableau de Paris, IV Tomes. Memoires de Guy Joli, 111 Tomes, 751; Memoires d'Hypolite Clairon, 798; Daniel hist. de milice française, 11 Tomes, 4; Perefis hist. de Henri, 64; La vie de Louis le Grand, p. Menestrier. La vie de Joseph Thompson, 111 Tomes, 762; La vie de Turgot, 787 La vie du Dauphin, p. Proyart, 781; La vie de Joseph II. 790; Mirabaud systeme d. l. n. 11 Tomes, 771; Necker de la revolution française, IV Tomes, 796; Vie de Voltaire p. Condorcet, 89; La vie de Cook, 800; Eloge de Haller, p. Lucher.; Histoire de l'eglise de Strasburg, I Tome; François d'Hartig melanges de vers et de prose, 88; Poésies de Lucher, 77; Bibliotheque des Negociants, 2 Bde; Recueil des representations de pais bas, 10 Bde, u. s. w.

5) *Altertümer und Künste*: Description des pierres gravées, 1 Bd, f. Architecture hydraulique, 2 Bde, Paris 790 m. v. K. Principi di architettura civile, 2 Bde, Finale 81 Silberschlags Hydrotechnik; Dessen Wasserbau, m. K. Saggi sul ristabilimento di greci pittori, Venez. 84. Rixners Turnierbuch, mit Holzschn v. Feyerabend. Sanctio pragmat. Germ. ed. Koch, m. K. Marmora Taurinensia. Anthing cent Silhouettes des personnes illustres. u. s. w.

6) *Reisebeschreibungen*: Hawkesworth's Seereisen, 3 Bde m. K. Anbury Reisen ins Innere v. Nord-Amerika, v. Forster. Le Gentil voyage dans les mers de l'Inde, Paris 91. Voyage round the world, Lond. 89. Pallas Reisen, 3 Bde m. K. Voyages de Montaignes, 3 Bde, 75. Charlevoix Japon, 6 Bde, 54. Pflümeke Reisen, 2 Bde. Coopers Briefe über Irland, 801 v. der Hagen Beschr. der Neustadt Eberswalde, m. K. Dessen Beschr. von Freyenwalde, m. K. Beschreibung des Herzogth Krain, Istrien etc. m. K. Zustand der Kolonie v. Domingo, 2 Bde. Beschreib. von Messina und Calabrien; Bemerkungen über Rußland, 2 Bde. Histoire de l'Isle de Corse, 49; Robertson historical disquisition of India, Lond. 91; Voyage de Brandenbourg, Warsch. 1 B. Voyage de l'Empereur Joseph II. Tableau de la Suisse, 66; Bernoulli Sammlung der Reisebeschr. 12 Bde.; Stolbergs R.

B

7) *Phy-*

7) *Physik und Naturgeschichte*: Rozier observations sur la physique, 22 Bde, 4. De Romé de Isle des mineraux, 5 Bde. Nollet leçons de physique, 6 Bde. Priestley hist. de l'électricité, 3 Bde, 71. Dondorf Electricität, 2 Bde. Langenbücher üb. prakt. Electricität, Margraf opusculum chymiques, 2 Bde, 62. Crell Entdeckungen in der Chemie, 12 Bde. Landriani description; Ingenhous's verm. Schriften. De Luc lettres physiques et mor. Paris, 79. 7 Bde; Lavoisier v. Hermstädt; Sage memoire de chymie; Wildenow Naturgeschichte m. K. Histor. physiol. Naturgeschichte m. ill. K. Gleichen v. Rofswurm mikroskop. Entdeckungen, mit ill. Kupf. 77. Beschäftig. der Berlin. naturf. Freunde, 4 Bd. m. K. Gallirzins Mineralogie; Walther Naturgesch. Deutschl.; Cancrin verm. Schriften; Goedardi metamorphosis Insector, m. ill. K. Bechsteins Naturgesch. der Vögel, 2r B. m. ill. K. Nau Entdeckungen in der N. Gesch.; Dessen Biblioth. d. N. Gesch. Gotthards Obstbaumzucht; Christ's Obstbaumzucht; Reichardts Land- und Gartenschatz 6 Bde; Florae Friburgenses a Humboldt; Grohmann Theorie der schönen Gartenkunst, 2 Bde; Roux traité des arbres, 50; Trösne recueil etc. 68; Moscati osservazioni sul sangue, Milano, 83; Hallers Physiologie, 6 Bde; Jördens Fichtenraupe, m. ill. K.; Lenz Mineralogie, 1 B.; Sömmerings Engeweidelehre; Huflands Skrofelkrankheiten, u. s. w.

(Der Schluss hiervon im nächsten Programm.)

Praeterea etiam alii benevolentes Euergetae Gymnasio varia munera benefice obtulerunt, quibus itidem grates rependimus meritas.

Herr D. G. E. Hogel: (Zweyt. Beytr.) Des Herzogs Ernst Ehrendenkmal, m. K. — Hr. Prof. Ritschl, iun. (Drit. B.) Baumers Naturgeschichte des Mineralreichs, 2 Bde, m. K. — Hr. Apoth. Buchholz: (Viert. B.) Cassia von vorzügl. Länge. — Eine Ungenannte: Ein künstlich mit Federn von einer Amerikanerin gesticktes kl. Herz. — H. D. Arnold: (Viert. B.) Zehn Stück geschliffene Marmor- und Alabaster-Arten. — Hr. Cand. C. Ritschl: Burnet's theory of the earth. Lond. 719. 2 Bde, 8. — Hr. Cand. C. C. Rudolph: (Drit. B.) Stumpfs Denkwürdigkeiten der reusch. Gesch. Erf. 1802. 2. Heft. — Hr. Kammerrath Resch: Acht Stück angeschliffene Alabaster tafeln, aus dem Erfurtischen, vom Rothenberge, Walschberge, Schwellenburg und von Tonndorf. — Die Welz'schen Erben: die ganze in der Verlassenschaft der verst. Fr. Rathsmstr. Welz vorgefundene Mineralien-Sammlung, die aus 220 Stücken besteht: Metallstufen 26, als eine kleine Goldstufe, gediegen Silber, Kupfer, Eisen, Bley, Zinn, Wismuth, Zink, Kobolt, Molybdän. Quarze 10 Stück, Feldspathe, Baryt 16 St., und andere Erd- und Steinarten, desgl. 40 Stück Petrefacte.

II. Lectionum semestrium, quas vndesexaginta iuuenes, in quatuor classes diuisi, frequentarunt, tabula.

I. *Lectioes Bellermanni*. In classe I^{ma} 1) hebraicae: 1 Reg. 21 — 2 Reg. 14. adiecta analysi; 2) encyclopaedicae: introductio generalis, philologicae et historicae disciplinae, duce Krug; 3) latinae: Ciceronis orationes post redditum in senatu et pro rege Deiotaro, nec non imitationes extemporales. In cl. II. 1) hebr.: e chrestomathia hebr. p. 117 ad fin. et Jos. 1 — 4. et analys. 2) lat.: Cicer. ep. ad fam. L. II. 15 — IV. 2. et imit. extemp. In cl. III. 1) hebr. elementa duce Biedermanni gramm. et e Gijikii chrest. hebr. Genes. c. 40 et 41. 2) lat.: Phaedri fabb. L. II. 1 — IV.

IV. 5. *In Seminario*: historia biblica, praecipue de scriptis Vet. Test., duce Schererio.

II. *Leß. Ritschlii*. *In cl. I. et II.* ephemerides politicae. *In cl. III.* exercitia latina. *In Seminario*: computi ecclesiastici rite formandi institutio, et Oeconomia, duce Weissenbruchio.

III. *Leß. Sinnholdi*. *In cl. I.* 1) Chrestom. graecae Part. XIV. XV. et XVI. Theocriti, Bionis et Moschi Idyllia, adiecta dialectorum explanatione. 2) Homeri Iliad. Rhaps. I. 121 — 413. 3) Ev. Matth. c. 17 — 25 cursorie. 4) L'avare de Moliere act. 3 et 4. *In cl. II.* 1) Cebetis tabula; adiecta formatione temporum et explic. verb. irreg. 2) Les Fourberies de Scapin de Moliere, act. III. c. explic. verbor. *In cl. III.* 1) Grammat. gr. expl. 2) e Palaephato c. 7 — 18. 3) Ev. Matth. c. 26 ad fin. Marci 1. 2. c. analysi. 4) Principia ling. gall. cum lectione historiolar. 135 — 151. *In Seminar.*: styli epistolarius exercitia.

IV. *Leß. Herrmanni*. *In cl. I.* 1) lat.: Livii hist. L. III. 23 — 56. et extemporal. lat. 2) theol.: doctrina rel. et mor., secundum suum comp. vsque ad cap. 9. *In cl. II.* 1) Terentii Adelph. Act. II. Sc. 2. — Act. V. Sc. 5. 2) Extemp. lat. 3) theol. ad cap. 9. *In cl. III.* 1) Cornelii Hannibal, Cato, Atticus et Miltiades. 2) Cic. ep. sel. L. I. ep. 19 — 41. 3) exerc. lat. 4) theol. ad c. 9. *In Sem.* theol. ad cap. 9.

V. *Leß. Mölleri*. *In cl. I.* 1) Horat. carm. L. I. — Od. 21 — II. ad fin. 2) Praeceptor. art. poet. et historiae poeseos literar. continuatio. 3) Stereo-metria, duce compend. Krebsii a Langsdorfio emendato. *In cl. II.* 1) Virgiliti Aeneid. XI. 101 ad fin. 2) Exercit. poet. in metro choriambico, sapphico et alcaico. 3) Geometria plana, secundum comp. supra laudatum. *In cl. III.* 1) Ovidii trist. L. V. eleg. 5 et 6. 2) Prosodiae lat. P. II. *In Seminar.* Geodesiae P. II.

VI. *Leß. Petri*. *In cl. I.* 1) Cicer. de offic. L. I. c. 20 — 30. 2) Elaborationes lat. pros. 3) Snell de stylo german. p. 238 ad fin. 4) Histor. nat., duce Nicolaio p. 212 ad fin. *In cl. II.* Fischeri sel. hist. L. I. c. 5 — III. 7. 2) Elab. lat. pros. 3) Snell de stylo germ. p. 131 ad fin. 4) Nitschii antiqq. rom. p. 90 — 147. *In cl. III.* Gramm. lat. Bröderi, p. 72 — 312. 2) Gramm. germ. Adelungii, p. 83 ad fin. 3) Mythol. duce Dammio, p. 96 ad fin. *In Sem.* Physica, sec. comp. Nicolai, continuat.

VII. *Leß. Hogelii*. *In cl. I.* 1) Logica sec. Villaume c. 11 — 16. 2) histor. vniu. Period. VIII. a reform. Luth. cet. 3) Geograph. sec. Pfennig. imper. german. *In cl. II.* 1) Histor. Teuton. sec. Galletti, a pace Westphal. ad bellum contra Neofrancos gestum. 2) Geogr. sec. Pfennig. imp. germ. 3) Ovidii metamorph. L. V. et VI. 1 — 400. *In cl. III.* Histor. Romanor. sec. Niemeyeri tabb. 2) Geograph. sec. Fabri comp. Germania. (3) Chrest.

3) Chrest. Gedikianaë memorabil. hist. nat. 6 — II. *In Sem.* Histor. Teuton. a Luthero ad Leopold. II.

VIII. *Leß. Ritschlii* jun. *In Sem.* 1) Exercitia catechetica in Herderiani catechismi cap. II. 2) Gedike lib. lat. No. 1 — 51.

IX. *Leß. Stolzii* *In Sem.* 1) Orthogr., Calligraph. 2) Arithmet. IV spec. numeror. fractor. et reg. de tribus num. fract., sec. Junkeri tabb. arithmet. 3) Exercitia musica, vocalia et instrumentalia.

III. Duo iuuenes optimaë spei, decurso iam cum honore curriculo gymasiastico, ad subsellia academica rite promouebuntur, nimirum

- 1) ERNEST. FRID. AVGVST. SCHENK, Schwarzburgensis, et
- 2) IOANN. GODOFRED. STEGMANN, Isenacensis.

Vterque literis humanioribus bene instructus, morum integritate probitateque ornatus, castra Theologorum sequetur. *Prior* nuper „*Res romanæ sub regibus*“ latine descripsit; *posterior* „*Musica in institutione iuuenum Græcorum valde cultam fuisse*“ tertio examinis die, germanice demonstrabit, simulque suo et commilitonis nomine, tubis tympanisque sonantibus, supremum Vale dicet.

3) IO. FR. KEYSER, qui per biennium nostras lectiones diligentissime frequentauit, negotiationi librariæ a patre dicatus, honorifice dimittetur.

Insuper duo alii iuuenes, ob felix ingenium et laudabile studium pariter nobis cari, declamationes a se exercitii causa elaboratas publice habebunt:

4) CHRISTIANVS DAVIDES SCHWIMMER, Erfordiensis, „*De senectute apud Hebræos, Græcos atque Romanos honoribus ornata*“ die Lunæ, hora VII^{ma} matutina, latine commentabitur, et

5) FRIDERICVS PHILIPPVS HERGT, Erfordiensis, „*Rei bellicæ apud Romanos conditionem cum re militari POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM, FRIDERICI WILHELMI III, PATRIÆ PATRIS NOSTRI DILECTISSIMI, die Mercurii, latine comparabit, simulque pro incolumitate Regis mitissimi et Regiæ stirpis pia vota capesset.*

Quos ad actus exploratorios et præcipue ad Panegyrim solemnem, ad diem XXVII. April. horam VII. matutinam conuocatam, in qua, præter iuuenum declamationes et exercitia musica, Vir summe reuerendus M. EN. GELHARD, Ministerii Praesul, Gymnasii Protephorus et cet., more consueto, orationem aget, *Patronos Magnificos, Inspectores amplissimos, Maecenates grauissimos et omnes humaniorum artium Amicos, ea, qua par est, obseruantia inuito.* Erfordiae, d. XXIV. Aprilis. 1804.

Aa 535

40



VD18

ULB Halle


3

005 126 69X



M. C.





IX.
DE BIBLIOTHECA
ERFORDIENSIS
PRAECIPIA
DE REV. MINISTRO
BIBLIOTHECAE
PARTICULARIS

QV
AD EXAMEN
D. XXV. XXVI ET XXVII
IN GYMNASIO SENATU
INVITATI
ET
SYMBOLAS IN BIBLIOTHECA
ET MUSEVM
PER SEMESTRE PRAETERITUM
A BENEVOLENTIBVS C

GYMNASII I
M. IO. IOACH. I
THEOL. ET PHILOS. P. P. O., ACAD. SC
LIS, SOCIETAT. LATINAE IENENS., OEC
PARIOT. WESTPHAL. ET NAT.
PHAL. SO

ERFOR
TYP. IOAN. CHRIST. GO

